

IX.
C O N O N.
ARGUMENTUM.

1. *Conon Peloponnesio bello egregius bellator.* 2. *Afflictis patriæ rebus Pharnabazo contra Spartanos usui fuit.* 3. *Tissaphernem accusaturus per litteras agit cum Artaxerxe* 4. *Spartani tanto duce vincuntur ad Cnidum :* Græcia liberatur, & muri Athenarum reficiuntur. 5. *Ioniam & Æoliam Atheniensibus restituturus, a Teribazo in vincula conjicitur.*

COnon i Atheniensis Peloponnesio bello I. accessit ad rem publicam 2, in eoque ejus opera magni fuit 3. Nam & prætor 4 pedestribus exercitibus 5 præfuit, & præfectus classis 6 res magnas mari gessit. Quas ob causas præcipu⁹ 7 ei honos habitus est 8. Namque

I v. Xeroph. 2. & 4. Diodor. 14. Plut. in Lys. Athenæus 1. Isocrat. in Evagora. Demosth. in Leptin. Aristot. 2. Rhet. Polyæn. 1, 48. Frontin. 4, 7, 45. Justin. 5, 5. & 6, 6, 1. & 2, 6, 5, 9. Orof. 2, 19. 3, 1. Cic. Off. 1, 32. conf. infra 12, 5, 4. 2 Functionem publicam nactus est. 3 Alii : *In eoque ejus opere magnus fuit.* Sed locutio est elliptica ; integre diceretur : *magni pretii fuit.* v. Voss. de Constr. c. 29. 4 Qui præiret exercitui. Sed apud Romanos prætor jus dicebat. 5 His opponuntur clasariis, adeoque & equitatum comprehendunt. conf. 7, 8, 2. 6 Als Admiral. 7 Singularis. 8 Exhibitus est.